



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses**

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Caluinus & Beza) vel ad sua placita stabienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmando ...

In Acta Apostolorum to. primus

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

39. In hoc omnis qui credit, iustificatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39424**

Augustinus. Sic ab omnibus, à quibus in lego Moyſi non poterant veteres iustificari, per Christi mortem quotidiano sacrificio commemoratam, à peccatis iustificamur.

39. *In hoc omnis quis credit, iustificatur.*

**H**ic quoque verienum suū aspergit Caluinus, sed eo curatu facilius, quo vulgarius, & ipso penè vñi tritum. Ad hēc quippe verba sic commentatur: *Declarat Paulus quomodo portantur homines iustitia Christi: nempe quum \* fide illā recipiunt. Quod autem impetrat fidēs, nullis operum meritis consequimur. Quare non ambigua est Pauli sententia, iustificari nos solum ad fidē: quam Papistæ non minus obstinatē quam acriter impugnant.* Respondeo breuiter: nam & ad Euangeliū Ioannis huiusmodi sententias à Caluini toxicis repurgatas dedimus, & in epist. ad Rom. latius explicandi locus dabitur. Declarat Paulus primum & maximè necessarium medium quo homines iustificantur à peccatis suis, id est, ut Caluinus exposuit, liberentur & absoluantur ab illis, quum per Mosaica sacrificia ab illis liberari non possent. De illa iustificatione loquitur Paulus, ut proxima sententia luculenter docet; non autem de potienda iustitia Christiani, ut ex ea nos iusti denominemur ac simus.

\* *Fides Christi in cōficiam re- cipies fig- mentum Caluini.* Nec loquitur \* de fide Christi iustitiam recipiente; figmentum hoc Calvinianum est; sed

sed loquitur de fide qua in Christum credimus, ut à peccatis liberemur: quia videlicet  
sine hac fide impossibile est placere Deo. Quo in Heb. 10.  
loc⁹ impostura Caluiniana aduertenda est. Impost.  
Caluinis-  
na.  
In priori sententia, *A quibus peccatis non po-*  
*tuitis in lege Moysi iustificari;* exponit, id est, li-  
berari & absolvi; iam in hac proximè subse-  
quenti sententia, *Qui credit, iustificatur,* expo-  
nit, *Christi iustitiam recipit.* Atqui Christi iu-  
stitiam recipere nulla Scriptura affirmat. A-  
liud etiam est, à peccatis per Christum li-  
berari & absolvi; aliud, Christi iustitiam re-  
cipere nobis imputatam. Nullo enim alio  
sensu iuxta Caluinum recipimus. Deinde si,  
*Qui credit, iustificatur,* hunc sensum facit, Fides  
recipit iustitiam Christi, & sola impetrat  
iustificationem; ergo & illa Pauli verba, *Fa-  
ctores legis iustificabuntur;* item illud Pauli, *Spe  
salvi facti sumus;* atque illud Ioannis, *Qui manet  
in charitate, manet in Deo;* hunc sensum habe-  
bunt, Legis obseruatio, spes, charitas, Chri-  
sti iustitiam recipiunt, & sola iustificant: nisi  
forte saluum esse, & manere in Deo, minus  
valeant quam iustificari. Quæ igitur nunc  
sequuntur, *Quod impetrat fides, nullis operum me-  
ritis consequimur, ideoque sola fide iustificamur,*  
manendo in sensu de recipiendo iustitiam  
Christi, nihil ad huius loci sententiam fa-  
ciunt. Loquendo de absolutione & libera-  
tione à peccatis, Pauli sanè sententia am-  
bigua non est, omnes ex fide in Christum à  
R 2 pecca-

peccatis absolui. Sed istud non magis so-

<sup>1. Petr. 4.</sup> lam fidem iustificatē probat, quām Scrip-

turæ citatæ, itemque illud, *Charitas operit multitudinem peccatorum*,

solam legis obseruantiam, solam spem, solā charitatem peccato-

rūm esse remedium & sola iustificare con-

uincunt. Pauli sententia nec ambigua nec

obscura, sed luce meridiana clarior est, fi-

dem, qua iustificarnur, non esse solam fidem,

quam hæretici hodie omnes non minus ob-

stinatè quām acriter propugnant; sed esse

fidem quā per dilectionem operatur, id est, non so-

lūm quā habet dilectionem adiunctam,

(per quam rimam euadere Caluinus putat)

sed quā per charitatem, beneficio & virtute

<sup>1. Cor. 12.</sup> charitatis (quā maior est fide) iustitiam &

salutem operatur; quam sine charitate nec

operatur nec operari potest, sed planè ad sa-

ludem & omnem iustificationem inanis &

morta est, non secus quām corpus sine spi-

ritu vita mortuum cadaver est.

48. *Et crediderunt quotquot præordinati erant  
ad vitam eternam.*

**M**ulta hic congerit Caluinus partim  
vera, partim falsa, ut ex admixtis ve-  
ris, quā falsa sunt, & minus aduertantur, &  
facilius ac probabilius lectoris animo insi-  
nuantur. Totam eius orationem vtcumque  
prolixam quām fieri potest paucioribus  
expendam. Habet enim de electionis certi-  
tudine